

§. I.

ATTRIBUTA DEI.

VII. Quamvis existentia DEI absque circuli vitio ex SS. Scripturis probari non possit; serviunt illæ tamen ad altissimos Divinitatis conceptus animis nostris ingerendos.

VIII. Quæque de divinis attributis ex ratione stabiliuntur theoremata (posit. 37.), ea ex SS. Bibliis non confirmantur modo, sed et præclarissime illustrantur.

IX. Sunt præterea doctrinæ de DEI immutabilitate, præsentia, intelligentia, voluntate, justitia &c. plenæ vero solatio, et fortissima recte agendi incitamenta; idquod tam ex rationis principiis, quam ex Scripturæ ef-fatis elucet.

X. Verum tanta est Naturæ divinæ *Majestas* nostrique ingenii tanta *imbecillitas*, ut mens etiam capacissima minime queat omnia rescire atque concipere, quæ Deo insunt. Succurrit nobis etiam in hac parte revelatio-

B 5

nis